

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paciencia ao  
cum fonte primo

Paciencia est

que omnia uincit aduersa non  
colluctando sed sufferendo, non  
murmurando sed gracias agendo.

Ipsa est que fecem tocius uoluptatis  
abstergit; ipsa est que limpidas  
animas Deo reddit.

Cassiodorus super Psalmos.

Patientia est siquidem, quae gloriosos  
martyres facit, quae fidei nostrae bona  
custodit, quae omnia uincit aduersa, non  
colluctando, sed sustinendo, non  
murmurando, sed gratias agendo. Haec  
deceptricem luxuriam comprimit, iram  
feruidam uincit, uastatricem humani  
generis inuidiam tollit, mansuetos efficit,  
benignis competenter arridet  
purgatosque homines ad illa praemia  
futura componit.

Ipsa est quae faecem totius uoluptatis  
abstergit, ipsa est quae limpidas  
animas reddit.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio  
Psalmorum*, 32, 20 (CCSL 97, M.  
Adrien ed., p.292, ll.347-355).